



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

L.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

exigitur causa iudicialis, nequit extra territorium exerceri absque licentia iudicis, & consensu partium, *l. 3. d. 19. n. 7. 8. & 9.*

3 Iurisdictione non adimitur ignorantia, *lib. 5. disp. 30. nu. 11.* Nec prodest eum ignorantia, nec potest conferri actu interno, *lib. 3. disp. 36. numer. 8.*

4 Iurisdictione concessa conceduntur ea, sine quibus illa explicari nequit: & concessa concedi videntur necessaria ad illam comparandam, *l. 3. disp. 19. nu. 4.*

L

Largitas sponsalitia.

1 Sponsalitia largitas est donatio facta inter sponso de futuro, matrimonij in eadem spe, causa. Huius autem donationis est natura, ut pacto inito inter sponso ne ad donatorem villo casu redeat, statim acquiratur irrevocabiliter donatario, quamvis nec copula, nec osculum intercedat, & eius culpa matrimonium non sequatur. Sed quando tale pactum non fit, hodie habet tacitam conditionem, v. g. si matrimonium sequatur, & eo consummato perficitur, *lib. 6. disput. 18. numer. 1. & 2.*

2 Matrimonio non sequuto culpa donantis, perdit omne datum, & omne promissum, & acceptam tenetur restituere. Si autem casu, v. g. morte alterius sponsa, intercedente osculo, lucratur dimidiam sponsalitam largitatem

tan-

tenentium, & alteram dimidiam tenetur restituere. Sponsus vero integram tenetur iterum dare, & restituere. Et idem dicendum de ceteris iocalibus, *lib. 6. disputat. 18. numer. 4. & 5.*

2. Sponsa lucratur dimidiam sponsalium largitatem per osculum datum post inita sponsalia. Et si sint conditionalia post conditionis evētum, Et non sufficit amplexus sine osculo, & sponso repetenti iocalia non incumbit probare, se dedisse ob causam, & eam non esse sequutam, sed sufficit probare, tempore donationis contracta fuisse sponsalia, *l. 6. d. 18. à n. 5. vsq. ad 10.*

4. Ut sponsa lucratur hanc iocalium, medietatem per osculum, vel integra per copulam, non desideratur animus donandi in sponso, sed satis est, si de animo contrario non constet per expressam inter eos conventionem, & valet oppositum pactum, nec requiritur insinuatio. Et hæc dispositio legum procedit etiam in foro conscientie, *lib. 6. disp. 18. à numer. 11. vsque ad 13.*

5. Per copulam, quæ consummat matrimonium, acquirit sponsa iocalia integra sine traditione ad sponsi domum, nec requiritur benedictio Ecclesie. Ac non sufficit ad ea acquirenda sola traductio sine copula, vel osculo, *l. 6. disp. 19. à n. 1. vsq. ad 5.*

6. Per copulam habitam post sponsalia, lucratur sponsa medietatem iocalium. Et si sint con-

con-

conditionata, post aduentum conditionis, l. 6. disp. 19. nu. 6.

7 Sponsus lucratur integram sponsalitiā largitatem donatam sibi à sponsa, siue de futuro, siue de præsentis, per matrimonij consummationem, *libr. 6. disputat. 19. à num. 7. vsque ad 10.*

8 Quando sponsalia fuerunt nulla ob aliquod impedimentum, ignorante illo utroque, dummodo ignorantia non sit crassa, & supina, lucratur sponsa per osculum medietatē, per copulam integram, Quando vero uterque erit sciens impedimenti, sponsa potest retinere, donec fiscus per sententiam auferat, l. 6. disp. 20. à nu. 1. vsq. ad 8.

9 Quando sponsus ignorauit tantum impedimentum, tenetur sponsa integrè resti uere donanti. Si tamē fuit ignoras sponsa, sciente sponso, illa lucratur per osculum medietatem, & per copulam integram, *libr. 6. disputat. 20. numer. 9. & 10.*

10 Quando sponsalia fuerunt dissoluta abque utriusque culpa, non tamen casu, ut morte, sed voto castitatis, vel ingressu religionis, tunc sponsus nil lucratur sibi ex donatis à sponsa. Sponsa uero lucratur per osculum medietatem, & sine illo nihil, licet illa ipsa ingrediatur religionem, & sic facto suo dissoluantur sponsalia, siue ipse sponsus. Idem dicendum de quibuscumq; modis alijs licitis, quib. dissoluantur sponsalia, l. 6. d. 21. à nu. 1. vsq. ad 5.

II Quan-

11 Quando mutuo consensu dissoluntur sponsalia, nihil lucratur sponsa per osculum, sed integram restituet, & quando sponsus, vel sponsa non simul dissentiunt, sed successivè, ultimo consentiens dissolutioni sponsalium comparat integram sponsalitiã largitatem, quando fuit dissolutio prima, inuito altero, l. 6. disp. 21. nu. 6. & 7.

12 Quando alter præbet iustam dissolventi causam, ut quia fornicatus est, is qui præbet causam, siue sit sponsus, siue sponsa, perdit totum, quod donarat, & restituet, quod accepit, l. 6. disp. 21. nu. 8.

13 Largitas sponsalitia valida est, quando sponsa nullam dotem affert, & tunc quantitas est taxanda arbitrio boni viri, lib. 6. disp. 24. numer. 6.

14 Sponsalitia largitas inter sponsos de presenti, non potest donari, & donatio est invalida facta consummato matrimonio, nondum tamen benedictionibus Ecclesiæ sequutis. Confirmabitur tamen morte donantis: & quando nondum consummato matrimonio, mittit sponsus nuntio iocalia sponso, & ante nuntij accessum, & donationis acceptationem, consummatur matrimonium, si erat nuntius sponsi, non valet donatio: secus, si erat sponsa, & donata tempore nuptialium benedictionum, nondum tamen consummato matrimonio, lucratur sponsa totam sponsalitiã largitatem per copulam subsequutam, & medietatem

dieta-

dieratem per osculum, & annulus datus sponsæ in Ecclesia, qui tunc benedicitur, non fit sponsæ, nisi antea donatus esset, *lib. 6. tota disputat. 23.*

15 Quamuis iure communi nulla sit præfixita taxa donationi sponsalitiæ largitatis, tamen in Regno Castellæ nequit excedere octauam dotis sponsæ partem, nisi donatio fiat ante sponsalia sub ea lege, vt nullo casu reuertatur ad donantem, vel si fidei magna dos promittatur, & hæc lex non obligat forenses, *l. 6. tota d. 24.*

16 Sponsalitia largitas excedens quantitatem legis, non omnino est inualida, sed quoad excessum, *l. 6. disp. 29. n. 15.*

17 Sponsalitia largitas, quæ excedere nequit octauam dotis sponsæ partem, minuenda est iuxta dotis postea euictæ quantitatem. Si tamen integra dos euincatur, minuetur arbitrio boni viri, *lib. 6. disputation. 30. numero. 3.*

18 Quando dos est maioratus, potest dari per sponsum sponsæ, nomine sponsalitiæ largitatis, octaua pars valoris reddituum maioratus, non verò ipsa bona, *lib. 6. disputat. 31. numer. 5.*

19 Promissio sponsalitiæ largitatis ultra octauam dotis sponsæ partem, firmatur iuramento, nisi excedat id, de quo potest sponsus disponere in præiudicium ascendentium, vel descendentium, *l. 6. disp. 36. nu. 18.*

20 Sponsalitia largitas est donatio voluntaria,

aria, & extrahenda est de ea parte, de qua vir liberè potest disponere, vt in Castella de quinta bonorum parte, habens filios ex priori matrimonio, vel solos ascendentes, de tertia, & carès filijs tēpore promissionis, de toto hæreditatis corpore extrahenda est, *lib. 6 disput. 36. num. 17.*

21 Vxor transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare filijs prioris matrimonij sponsalitiã largitatem à priori viro acceptam, *l. 6. disp. 4. nu. 4.*

22 Largitas sponsalitia non est restituenda ab ea, quæ virgo non est, *lib. 6. disp. 27. numer. 3. & 4.*

23 Vtrum minor possit promittere sponsalitiã largitatem, vide Verbum, Arrha, quia idem dicendum est de sponsalitia largitate, sicut de Arrhis.

Legatum.

1 Legatum relictum virgini certæ, potest dari, & debetur ingredienti religionem, nisi aliud constet per cōiecturas, v. g. vt nubat certo hōmini, quamuis illa certa persona moriatur antequam puella sit in mora. Quando autē legatum non est relictum determinatè, sed indefinite matrimonio collocandis, non potest distribui ingredienti religionem, *l. 1. disp. 33. à v. 29. vsq. ad 32.*

2 Legatum est fauorabile, & largam ac benignam capit interpretationem, *lib. 3. disp. 18. num. 24.*

3 Lega-

3 Legatum relictum alterutri coniugi ab altero, vel à quocumque extraneo sub conditione, si ad secundas nuptias non tranſierit, minimè potest intra annum peri, nisi spes nuptiarum deficiat. Post annum verò potest peri, præstita cautione de re cum fructibus restituenda, si conditionem non seruauerit, *l. 7. disp. 87. num. 29.*

4 Quando alicui aufertur legatum, & applicatur fisco, vel hæredibus non exigitur sententia iudicis, sed attenda legum dispositione, tenetur in conscientia, accepta restituere vidua nubens intra annum luctus, *lib. 7. disp. 87. num. 8.*

5 Legatum relictum à marito vxori vsus fructus omnium bonorum, dum honestè, & vidualiter vixerit, & si secundo nupserit, centum; luxuriosè viuens, & postea à secundo nubens consequitur hæc centum, *lib. 7. disput. 90. nu. 12.*

6 Legatum vsusfructus relictum vxori transeunti ad secundas nuptias, non perdit, si transit ad tertias, & ad vteriores, *lib. 7. disp. 89. nu. 54.*

7 Legato annuo relicto, sub conditione temporanea, ac distributiva, debentur fructus vltimi anni, quo cessat conditio, vt si vidua instituta sit in annuo legato, donec nubat, *l. 7. disp. 91. nu. 10.*

8 Legatum à coniuge absolute relictum coniugi, non amittitur per transitum ad secundas

das nuptias, nisi quando vidua intra annum luctus nuberet, siue legatum sit vsusfructus, siue alimentorum. *lib. 7. disp. 91. nu. 12.*

9 Legatum relictum à viro vxori, aut à filio matri, etiã à filio viri præmortui, vel ab eo, qui erat arctissima amicitia coniunctus, prior viro, sub conditione castè, & honestè viuendi, amittit illud transiens ad secundas nuptias. Idem si vxor, vel eius filij consanguinei, aut arctissimã amicitia coniuncti, aut filij ipsius viri relinquunt legatum viro sub eadem conditione, nisi coniux, cui legatur, minimè consummasset prius matrimonium. Quando vero conditio fuit apposta ab extraneo, nullatenus coniuncto priori viro, aut à parentibus alijs, vel consanguineis ipsius viduæ, tunc nõ amittit legatum transiens ad secundas nuptias, nisi secundæ nuptiæ repugnent ætati, aut statui viduæ, vel si quacumque causa efficiatur infamis, & cedat in linquentis legatum dedecus, vel si habet votum, aut iuramentum castitatis, & transit ad secundas nuptias, *lib. 7. disp. 91. à nu. 14. vique ad 30.*

10 Coniux legans coniugi sub hac conditione, si lectum meum custodierit, vel donec custodierit, transiens ad secundas nuptias, legatum amittit, *lib. 7. disp. 91. nu. 23.*

11 Legatum sub conditione negativa perpetua relictum, vt non nubendi, castè viuendi, tradendum est legatario post obitum legantis, cum cautione illud tradendi cum omnibus fru-

N

fru-

fructibus ab initio perceptis. Secus dicendum, quando conditio est distributiua, vel temporanea, *lib. 7. disp. 91. nu. 6. & 7.*

12 Legatum relictum sub conditione castitatis & honeste viuendi, perditur per vnicam fornicationem, quando est relictum à marito, vel eius filijs, aut ipsius vxoris, vel alterutrius cõiugis consanguineis, vel arctissimâ familiaritate coniunctis, quorum interest viduam illam integram castitatem seruare. Secus, si ab extraneo relictum sit, *lib. 7. disputat. 91. num. 31. & 33.*

13 Legatum relictum ab vxore viro, sub conditione castitatis & honeste viuendi, non amittitur ob vnicam viri fornicationem, nisi vita sit inhonesta, & impudica. Et legatum semel perditum non recuperatur, *lib. 7. disp. 91. num. 34. & 35.*

14 Legatum relictum fœminis honestis aut honeste viuentibus maritandis, potest dari ei, quæ semel fornicata est, *lib. 7. disputat. 91. nu. 36.*

15 Legatum relictum sub conditione castitatis & honeste viuendi, non amittitur per vnicum vel alium amplexum, vel tactum impudicum. Secus, quando toties fœmina in hos tactus labitur, vt arbitrio boni viri possit dici impudica, & inhoneste viuens, *lib. 7. disp. 91. nu. 40.*

16 Legatum relictum sub conditione non transeundi ad secundas nuptias, non amittitur per fornicationem, nec per sponsalia de futuro, *lib. 7. disp. 91. nu. 41.*

10, nec per matrimonium irritum, nec validū non consummatum, *lib. 7. disp. 91. à num. 41. vsque ad 45.*

17 Legatum relictum vxori à viro, sub cōditione seruandi vitam vidualem, non amittitur, vidua illa ingrediente religionem, *lib. 7. disp. 9. à nu. 46.*

18 Legatum coniugi relictum, si cum filijs steterit, perditur per secundas nuptias. Idem dicendum de legato habitationis absolutè relicto à viro vxori, & de legato à viro vxori relicto, dum steterit in domo ipsius viri. Secus dicendum, si transeat ad secundas nuptias, filijs iam mortuis, *l. 7. d. 91. à n. 47. vsque ad 51.*

19 Legatum relictum alicui, dum steterit cum vxore testatoris, non perditur, si decedat, vxore secundo nupta, *libro. 7. disputation. 91. num. 52.*

20 Legatum relictum fœminis maritandis, non potest dari viduis secundò nupturis, nisi prius matrimonium non fuisset consummatum, aut irritum; tunc enim potest eis dari, vel si nullæ essent fœminæ ætate nobiles, *lib. 7. disp. 91. à nu. 53. vsque ad 57.*

21 Legatum fœminis maritandis relictum, non potest dari eis, quæ nondum sunt ætate nobiles, nec potest peti ante ætatem nuptijs aptam, *l. 7. disp. 91. nu. 51. & 62.*

22 Legatum relictum fœminis maritandis, non potest dari iam maritatis, nisi verba testatoris sic se habeant (dentur mille ad puellas dotan-

dotandas) intellige quando maritata est sine dote, *lib. 7. disp. 91. nu. 63. & 64.*

23 Legatum relictum personæ certæ maritandæ debetur, quamvis ea tempore testamenti maritata esset. Et à fortiori, si postea nubat superstiti testatore, *lib. 7. disputat. 91. numer. 65.*

24 Legatum relictum consanguineis maritandis, quamvis nequeat conferri consanguineæ tempore testamenti coniugatæ, tamè si nupsisset testatore mortuo, potest ei dari, *lib. 7. disp. 91. nu. 66.*

25 Legatum relictum certæ personæ maritandæ, eodem testatore postea eam in matrimonio collocante minori summa in dote tradita, non debetur quoad residuum, *lib. 7. disp. 91. num. 67.*

26 Nomine familiæ in legato, v. g. ut aliquis ducat personam de familia, intelligitur persona in gradu permissio à iure canonico, non sufficit, quòd gradus sit dispensabilis, *lib. 1. disp. 33. nu. 9.*

Legitimatío.

1. Legitimare prolem antea susceptam competit matrimonio clandestino valido; & circa legitimationem standum est iuri canonico, & non civili. Et matrimonium habet ex se, vel saltem ex iuris privilegio legitimare prolem, & hæc legitimatío prolis est fauorabilissima, *lib. 3. disp. 44. nu. 2.*

2. Filij nati ex matrimonio clandestino, quod

quod parentes credebāt esse validum, si re vera fuit nullum, sunt illegitimi. Quod intellige, quamuis sit nullum ob quamcumque causam, licet celebratum sit coram parochō, & testibus, deficientibus denuntiationibus, nisi esset talis nullitas, vt præmissis illis impedimentum deregī non possit, *lib. 3. disp. 42. à num. 1. vsque ad 7.*

3 Filij nati ex matrimonio valido clandestino, id est, celebrato sine denuntiationibus, sunt legitimi, *lib. 3. disp. 42. nu. 8.*

Ratio, ob quam filij nati ex fornicatione legitimantur per matrimonium subsequens putatiuum; nati verò ex matrimonio clandestino putatiuo non legitimantur, duplex est. 1. Quia fornicatio non tendit in Ecclesiæ contemptum, nec ita eam scandalizat; matrimonium verò clandestinum valdè offendit Ecclesiam, eamque contemnit. 2. est, quia legitimatio prouenit ex matrimonio bona fide inculpabiliter contracto. Et ita in priori casu non delinquent parentes in ipso matrimonij contractu, si id bona fide, ac iuxta Ecclesiæ decreta celebrarunt. In posteriori tamen casu delinquent parentes, deficitque bona fides, & inuincibilis impedimenti ignorantia, *lib. 3. disp. 42. nu. 2.*

5 Si matrimonium clandestinum inualidum bona fide initum publicetur, approbeturque ab Ecclesia tanquam validum, quia nullum est detectum impedimentum, filij tam ante il-

lam approbationem, quam post geniti, sunt legitimi, *lib. 3. disp. 43. per totam.*

6 Potens legitimare adulterinum, & incestuosum, vel spurios in genere, potest etiam, quando utrumque vitium concurret, quando in fauorem legitimaturi conceditur facultas legitimandi; secus, si in fauorem legitimandi, *lib. 8. disp. 2. nu. 27. vsque ad 31.*

7 Legitimatio prolis facta virtute dispensationis ad matrimonium, non valet, quando postea parentes id matrimonium non inierunt. Item proles non manet legitima, si Ordinarius, vel confessor non explicuit tale legitimatio. Potest tamen idem, vel alius dispensare durante eius officio, & in foro conscientiae alius confessor Magister in Theologia, vel Doctor iure canonico ex approbatione ab Ordinario, *lib. 8. disp. 7. à nu. 15. vsque ad 17.*

8 Legitimatio prolis fit per matrimonium subsequens, quando concepta est ante dispensationem, & nata post expeditionem ordinarij, quia talis est naturalis, *lib. 8. disp. 7. n. 19.*

9 Legitimatio spurij exigit mentionem qualitatis spurietatis, & adulterij vtriusque parentis, quamuis ex qualitate erreretur ex communi errore, & ignorantia, quantumuis inculpta, *lib. 8. disp. 24. nu. 3. & 18.*

10 Legitimus est filius natus ex matrimonio contracto inuito bona fide alterius, quoad utrumque. Non tamen vterque quoad ipsum, sed tantum quoad habentem bonam fidem, *lib. 8. disp. 34. nu. 46.*

Licentia.

1 Licentia fictè data à parcho ad assistendū matrimonio, vel ad administrandū quodcumque aliud sacramentum, sufficit, vt valeat, dum fictio ignoratur, *lib. 3. disp. 22. nu. 64.*

2 Licentia data à parcho contra Episcopi, aut Synodi prohibitionem, ad assistendam matrimonio, prodest. Idē si ipsemet parochus intersit contra talem prohibitionem. Nisi Episcopus, vel constitutio Synodalis addat decretum irritans aliter gesta, *l. 3. disp. 32. n. 2.*

3 Licentia concessa sacerdoti, vt assistat matrimonio, dummodo sponsis præcipiat, ne cōsummet matrimonium ante denuntiationes, si ille assistat, id non mouendo, validū est matrimonium. Idem dicendum est, si dicat, dummodo præmittantur denuntiationes, vel spōsi impedimentum careant, & ille, istis omissis, intersit. Secus dicendum, si dicat, si per solertem indaginem inueneris, non esse impedimentum inter eos, ea informatione non præmissa, *lib. 3. disp. 33. per totam.*

4 Licentia requisita ad valorem matrimonij, requiritur expressa præcedens, & in dubio, an præcedat, talis præsumitur, *lib. 3. disp. 35. nu. 16. 18. & 19.*

5 Licentia est duplex, quædam est tacita, seu rati habitio de futuro; alia de presenti, & de præterito. Expressa non est ratiū, quādo specie exprimitur, sed etiam quando comprehenditur sub generali verborum significatione.

N. 4

Idem

Idem dicendum de speciali, *lib. 3. disp. 35. num. 1. & 2.*

6 Non requiritur licentia specialis ad matrimonium, sed sufficit generalis ad exercendum in sua parochia, quæ ad curam animarum pertinent, v. g. quòd saltem sub verbis generalibus licentiæ comprehendatur matrimonium. Et non exigitur esse in scriptis. Non sufficit tamen licentia administrandi omnia sacramenta, vel alios actus particulares digniores, præsertim quando parochus præsens eam concederet, & non est coniectura. Secus, quãdo parochus reliquit substitutum, quamvis solum dicat, vt administret sacramenta vice ipsius, licet Constitutio Synodalis, vel Episcopus interdixisset delegare parochi. Non tamẽ sufficit licentia ex rati habitione de futuro. Secus dicendum de licentia ex rati habitione de præfenti, vel de præterito. Quod intellige tantum pro illo actu, & non simpliciter, *lib. 3. disp. 35. num. 6. vsque ad 22.*

7 Dicenti habere licentiam, vt alienus sacerdos assistat matrimonio, non est credendum, nisi sit persona fide digna. Idem dicendum de dicente, se habere dispensationem, ne præmittantur dispensationes; & vt alienus sacerdos benedicat nuptias. Et si opponatur alieno sacerdoti, absque legitima licentia interfuisse matrimonio, à tertio, ipsi incumbit onus probandi. Si vero à proprio parochi, transfertur onus probandi in alienum sacerdotem, & ipsos

35. num. ad ma- exercen- imarum s genera- imoniū, n suffici- sacramē- res, prā- a conce- uādo pa- nis solū- ce ipsius, copus ve- mē suffi- o. Secus de pre- ge tācūm disp. 35. d- enus fa- edendū, adum de premit- sacerdos ieno fa- er fuisse us pro- mferatur, & ip- sos

fos contrahentes, *lib. 3. disp. 37. tota.* Quando verò agitur de rebus merè spiritualibus ad forum conscientiae spectantibus, credendum est, ut in sacramento confessionis, Eucharistiae, &c. *ibid. nu. 6.*

Ludus.

1 Ludens cum minori non tenetur restituere, dum minor vel tutor loco illius id non repetat coram iudice, ut beneficio restitutionis. Non poterit tamen uti beneficio restitutionis, si minor iuravit se soluturum, & non repetiturum, *lib. 6. disp. 38. n. 30.* Item habens aliquid à minori sine licentia curatoris, nō tenetur restituere, donec minor laesus utatur beneficio restitutionis, *ibid. nu. 31.*

2 Ludens ludo prohibito, cui conceditur actio ad repetendum, non potest, ubi soluit, occulta compensatione uti, nisi quando talis esset laesio, ut alter citra omne dubium teneatur in foro conscientiae restituere ante omnē iudicis sententiam. Et quādo non potest minor propria auctoritate recuperare, potest tuta conscientia nō soluere, nec stare cōtractui, *lib. 6. disp. 38. nu. 32. 33. & 34.*

3 Vtrum autem, si contrahens cum minori laeso petenti beneficium restitutionis, neget, contractum coram iudice, minorque legitima probatione destitutus succumbat, peccet id negans, teneaturque restituere? non resoluit Doctor, *lib. 6. disp. 38. nu. 35.*